



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

11. Augusti. 3. Idus.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

132 ANNI CISTERCIENS.

mos vitæ annos in continuis ad dilectissimi parentis tumulum vigiliis impendisti: tam tenera sacri amoris dulcedine, ut locum, in quo solebas ad orationem procumbere, lacrymarum in pavimento relicta vestigia indicauerint. Formidabilis esse non desinit infirmitati humanæ malignus serpens. Sed mihi arma ostendis, quibus si non segniter illum aggrediar, multas mihi victorias audeam polliceri.

S. BERNARDUS, hom. 4. sup. Miss.

Regnū *Quis ex vobis est, qui juxta interpretationem nominis Jacob, supplantet diabolum de corde suo: luctetur cum Christi in anima. vitijs & concupiscentijs suis: ut non regnet peccatum in suo mortali corpore; sed regnet in eo Jesus: & nunc quidem per gratiam, in aeternum per gloriam?*



II. Augusti. 3. Idus.

Obiit B. DANIEL, monache Hemmenroden sis: qui ad conservandam innocentiam, augendūmque robur spiritūs, anno 1206. carnem, velut sævissimum utriusque hostem


hostem, severa simul & continua ca-  
stigatione sub jugum misisti. Unde vi-  
tam Angelicæ puritati parem in te a-  
mans cœlum, multis te donis affecit.  
Quæ tamen alto silentio suppressisset  
humilitas, nisi linguam obedientia sol-  
visset. Hac jubente, fassus es: frequens  
tibi esse cum Christo, Cruci suæ affixo *Donum*  
colloquium: qui cùm aliquando tibi *Lacry-*  
promisisset, se, quidquid peteres, datu- *marum*  
rum; id unicum te rogavisse, ut lacry- *petenti*  
mas in potestate haberes, quoties aut à Chri-  
illius amarissima Vulnera, aut mundi *sto con-*  
scelera in memoriam redirent: & hanc *fertur.*  
gratiam pectori tantam afferre lœtitia-  
am, ut rerrena omnia tibi videantur  
felle amariora. Id sanè moriturus vel  
maximè ostendisti; dum animam in  
dulcibalneo natantem, psallens & ju-  
bilans ad æterna gaudia transmisisti.  
*Aperi tu mihi fontem miserationis divinæ,*  
*& ex illo imple cor meū: ut erumpat ali-*  
*quando tandem lavacrum peccatorum*  
*meorum, à me tot aridis gemitibus deside-*  
*ratum.*

O facrosanctum Diadema Regis & *Festum*  
terni Christi Je s u! quod olim Judæ- *institu-*  
orum insanus furor (aut magis pecca- *itur*  
ta mea) ex horrentibus spinis contex- *anno*  
tum, Divino Vertici crudeli violentia *1240.*  
impressit: ac duodecimo inde saeculo

## 134 ANNI CISTERCIENS.

Principum illo sanctissimo, Ludovico  
Francorum Rege, ex Palæstina trans-  
latum, hodierna die non minore pom-  
pa quam pietate Parisiis susceptum est.  
In cuius Susceptionis perennem me-  
moriā sacer Ordo Cisterciensis, pri-  
mū in Regno Franciæ, posteā per  
totum Ordinem, solenne festum in-  
stituit Sed quid agitis saevissimi spinarum  
Christi cuspides? cur laceratis innocentiam, &  
nobis parcitis reos mihi debentur hæc vulnera,  
debitæ. scelus ego patravi, in me convertite tela:  
laniate hoc noxium caput, donec saltem  
pro sanguine lacrymas exprimatis.

S. BERNARDUS, ser. 50. de divers.  
Christi coronæ Videant eum peccatores in corona  
diver- misericordia, id est spinea, & compungan-  
ta. Videant eum filii Sion, animæ  
affectionis, in corona misericordia, &  
imitentur. Videbunt eum impij in co-  
rona justitiae, & peribunt. Videbunt  
eum sancti in corona gloriae, & ater-  
naliter gaudebunt.



12. Augusti. Pridie Idus.

Circ. a. B. UDEWOLTA, monialis S. Wal-  
burgis prope Coloniam: quæ in li-  
mine vitæ mortalis digito, ut dicimus,  
monstra-